



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Quaestio 7. An teneatur vnuisque explicitam fidem habere de
contentis in facta Scriptura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

^{† al. omnib.} autem hominibus † veniendi ad beatitudinem est mysterium incarnationis & passionis Christi. Dicitur enim Act. 4. non est aliud nomen datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri.

² Et ideo mysterium incarnationis Christi ali qualiter oportuit omni tempore esse creditum apud omnes; diversi mode tamen secundum diuersitatem temporum, & personarum.

³ Nam ante statum peccati homo habuit explicitam fidem de Christi incarnatione, secundum quod ordinabatur ad consummationem gloriae, non autem secundum quod ordinabatur ad liberationem a peccato per passionem & resurrectionem: quia homo non fuit praescius peccati futuri. Videtur autem incarnationis Christi praescius fuisse per hoc quod dixit: Propter hoc relinquit homo patrem & matrem, & adhæredit uxori sua, ut habetur Gen. 2. Et apost. ad Ephe. 5. dicit: Sacramentum magnum esse in Christo & Ecclesia: quod quidem sacramentum non est credibile primum hominem ignorasse.

⁴ Post peccatum autem fuit explicite creditum mysterium incarnationis Christi, non tolum quantum ad incarnationem, sed etiam quantum ad passionem & resurrectionem, quibus humanus genus a peccato & morte liberatur. Alter enim non prefigurassent Christi passionem quibdam sacrificijs, & ante legem, & sub lege, quorū quidem sacrificiorum significatum † explicite maiores cognoscebat, minores autem sub velamine illorum sacrificiorum, credentes ea diuinatus esse disposita, de Christo venturo quodammodo habebant velatam fidem: † & ea quae ad mysteria Christi pertinent, tanto † expressius colligitur, vela gnouerunt, quanto Christo propinquiores fuerunt.

^{† al. significativa.} ⁵ Apud beatum Th. 2. 2. modo habebant velatam fidem: † & ea quae ad mysteria Christi pertinent, tanto † expressius colligitur, vela gnouerunt, quanto Christo propinquiores fuerunt.

⁶ Post tempus autem gratiae reuelata tam magis apud beatissimam Th. 2. 2. iores, quam minores tenentur fidem habere exactam, ita, tan plicatam de mysteriis Christi, præcipue quantum ad difficultatem ad ea, quae communiter in Ecclesia solennizantur, & publice proponuntur: sicut sunt articuli quanto a Christo remoto, incarnationis, de quibus supra dictum est. Alias res fuerunt: autem subtile considerationes circa incarnationem & tanto facilius articulos tenentur aliqui magis vel minus explicite credere, secundum quod conuenit statu & officio viuisenfusque.

QVÆSTIO VI.

De necessitate credendi explicite mysterium Trinitatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Mysterium incarnationis fidē Trinitatis includit.
- 2 Trinitatis mysterium explicitē credēdū ab omnib.

^{† De hac quoque materia videto Theologos lib. 3. sent. dist. 2. 5.}



EXTRA † quæstio est. Vtrum ad credendum explicitē mysterium Trinitatis quilibet teneatur?

1 Ad hanc respondemus iuxta mētē S. Th. 2. 2. q. 2. ar. 8: q. mysterium carnations Christi explicitē credi non potest.

A ne fide Trinitatis: quia in mysterio incarnationis Christi hoc continetur, quod filius Dei carnem assumperit, quod per gratiam Spiritus sancti mundum renouauerit: & iterū quod de Spiritu sancto conceptus fuerit. Et ideo eo modo quo mysterium incarnationis Christi ante Christum, sicut quodammodo explicite creditū a maioribus, implicite autem & quasi obūbrate a minoribus, ita etiam & mysterium Trinitatis.

^B 2 Et ideo etiam post tempus gratiae diuulgata tenentur omnes ad explicite credendum mysterium Trinitatis: & omnes, qui renascuntur in Christo, hæc adipiscuntur per inuocationē Trinitatis, secundum illud Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

QVÆSTIO VII.

An teneatur unusquisque explicitam fidem habere de contentis in sacra scriptura.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad fidem aliqua directe pertinent, & que.
- 2 Falsum opinari cum pertinacia circa spectantia directe ad fidem, hereticum facit.
- 3 Aliqua vero indirecte ad fidem attinent, & que.
- 4 Circa heresis labem errare contingit in spectantibus indirecte ad fidem: & quando.
- 5 Ab heresis nota multi prius immunes reputati sunt, qui nunc non excusarentur.
- 6 Credibilium duplex est genus.
- 7 Non omnia pari ratione proponuntur credenda.
- 8 Quæ teneatur homo explicitē credere, & que implice.

^D E P T I M A quæstio est, Vtrum ad credendum per fidem explicitē omnia, quæ sunt in sacra scriptura quilibet teneatur?

1 Ad hanc respondemus iuxta mētē S. Th. in diuersis eius dictis. primo in prima parte summa q. 32. art. 4. vbi dicit sic: Dicendum, q. ad fidem pertinet aliquid duplicit: Vno modo directe, sicut ea quæ nobis sunt principaliter diuinitus tradita, ut Deum esse trinum & unum, Filium Dei esse incarnatum: & huiusmodi.

2 Et circa hæc falsum opinari hoc ipso inducit heresim, maxime si pertinacia adiungatur.

3 Indirecte vero ad fidem pertinent ea, ex quibus consequitur aliquid contrarium fidei: sicut si quis diceret, Samuelem non fuisse filium Elchanæ. Ex hoc enim sequitur scripturam diuinam esse fallam.

4 Circa huiusmodi ergo absque periculo heresim aliquis falsum potest opinari, antequā consideretur, vel determinatum sit, quod ex hoc sequitur aliquid contrariū fidei: & maxime si non pertinaciter adhæreat. Sed postquā manifestum est, & præcipue si sit per Ecclesiam determinatum, quod ex hoc sequitur aliquid contrariū fidei, in hoc errare non esset absque heresi.

Et

A Et propter hoc multa nunc reputantur hę retica, quæ prius nō reputabantur: propter hoc id Bononię.
12: propter q̄ nūc est magis manifestū, quid ex eis sequitur.
hoc quod nō Secundo in 2.2. quæstio. 1. artic. 6. in solatio-
ne prīmi argumenti, dicit sic: Dicendum quod
hūi, quid ex aliqua sunt credibilia, de quibus est fides secun-
dum se: aliqua vero sunt credibilia, de quibus
non est fides secundum se, sed solum in ordine
ad alia: sicut etiam in alijs sc̄iētis quadam pro-
ponuntur ut per se intenta, & quadam ad mani-
festationem aliorum. Quia vero fides principali-
ter est de his, quæ videnda speramus in patria,
secundum illud ad Heb. 21. Fides est substantia
sperandarum rerum: ideo per se ad fidem perti-
nent illa, quæ directe nos ordinant ad vitā ater-
nam: sicut tū sunt tres personæ omnipotētis Dei,
omnipotētia mysterium incarnationis Christi, & alia, huius-
modi: & secundum ista distinguuntur articuli
fidei. Quadam vero proponuntur in sacra scri-
ptura, ut credenda, non quasi principaliter inten-
ta, sed ad p̄dicatorum manifestationem; sicut
quod Abraham habuit duos filios, quod ad tactū
oīlū Elīlā suscitatus est mortuus, & alia hu-
iusmodi, quæ narrantur in scriptura sacra in or-
dine ad manifestationem diuinæ maiestatis, vel
incarnationis Christi: & secūdum talia nō opor-
ter articulos distinguere. Tertio in eadem sum-
ma, quæst. 2. artic. 5. dicit sic: Dicendum est igni-
tū, quod fidei obiectum per se est id, per quod
homo beatus efficitur, ut supra dictum est: per
accidens autem vel secundario se habent ad ob-
iectum virtutis omnia, quæ in sacra scriptura di-
mūtū tradita continentur: sicut quod Abraham
habuit duos filios, quod David fuit filius Isai: &
alii huiusmodi.

B Quantum igitur ad prima credibilia, quæ
sunt articuli fidei, tenetur homo explicite crede-
re, sicut & tenetur habere fidem. Quantum autē
ad alia credibilia, non tenetur homo explicite
credere, sed solum implieite, vel in p̄paratione
animi, in quantum paratus est credere quicquid
in diuina scriptura continetur, sed tūne solum
huiusmodi tenetur explicite credere, quando ei
hoc constituerit in doctrina fidei contineri.

C Quare explicite est credendum, quod omnia,
quæ sunt in sacra scriptura, hoc est in libris Ca-
nonicis, sunt vera, utpote quia diuinitus reuelata.
Vnde Augustinus tū in Epistola ad Hierony-
mum sic ait: Solum eis libris, qui canonici ap-
pellantur, didic hunc honorem deferre, & nul-
lum in eis. Ego lum auctōrem eorum scribendo errasse aliquid
solū. dist. 9. inde remēdā
dūm et hoc
fragmentum
quod multis
omnibus refert
h̄c Eymori-
tūs.

C O M M E N T . X X I I .

D Icendum, quod ad fidem pertinet ali-
quid duplicit? S. ep̄ius in his questioni-
bus Eymericus reperi hanc distinctionem, quæ
nulla nostra eget declaratione, operā p̄mium est
tamen illud interpretari cum dicit: Circa huius-
modi ergo absq; periculo hereticis aliquis falsum

A potest opinari, antequam consideretur, vel de-
terminatum sit, &c. Nam his verbis apertissime
indicatur ignorantiam ab heresi excusare, & per
consequens à penit in hereticos latit; neque vero
hoc est solius Thomae aut Eymericī sententia his
locis: nam idem prorsus assertit idem B. Thomas 1. set in tribu
Corinth. c. 11. lectione 4. & 2.2. q. 2. art. 7. ad secū-
dum argumentam, & ibi Caietanus, & 3. lib. sent.
dist. 2.5. q. 2. ad primum argumentum, & alibi se-
p̄, & hanc sententiam quod ignorantia excusat ab
heresi communiter Doctores amplexantur, de quo
articulo dnbio & perdifficili agit late Alfonſus
Caſtrus lib. 1. c. 9. de iusta heretic. punition. Mel-
chior Canus lib. 1. c. 9. de locis theologicis. Siman-
cas de carbo. ins. ii. tit. 26. idem ibidem tit. 28. nu.
12. 13. & 14. idem in Enchyridio violat. & religio-
nis, tit. 48. & 49. Joannes Roias tractat de ha-
ret. par. 1. nu. 64. & seq. & parte 2. assertione 26.
Martinus Nuvarrius in Manuali, preludio 1. nu.
15. & 16. & c. 1. nu. 22. Albertinus trahit de
agnoscendis assertio. q. 12. nu. 4. & q. 23. nu. 6. Pa-
latius Rubius in allegatione de heresi. §. 4. Joan-
nes Imola, Panormitanus & alij in rub. extra de
sum. Trin. & fide carbo. Innocentius, Antonius
Butrius, & alij in c. firmiter. de sum. Trinit. Joan-
nes Anania in c. firmissime. nu. 8. extra de heretic.
Panormitanus & Felynus in c. 1. nu. 2. de heretic.
Paulus Caſtilensis, Baldus, & Iafon in rub. C. de
sum. Trin. Repertorium Inquisitorum verb. ignorā-
tia. & verbo, excusari. & verbo hereticis. §. ex su-
pradicis. & verbo, hereticus. §. itē non est hereti-
cus, & alij quos prudēs omittit. nos partim ex his,
parim aliundē sequentes regulas ad huius loci il-
lustrationē collegimus, quibus in foro exteriori sit
locus, quoties is casus occurrit; occurrit autē sepe:

Sit prima regula: Quicunq; Christianus errat in 1. Regula.
his, quæ sunt prima fidei capitla, seu articuli in Sym-
bolo comprehensi, & in Ecclesiā vulgati, ac sole-
nitati, hereticus est, si pertinacia adiungatur: nū-
quam enim est heres sine pertinacia, ita docet hic
Eymericus nu. 2. & S. Thomas hic ab Eymericō ci-
tatis. neq; de hac regula video ullam controversiā
inter Doctores. hac tamen in sequentibus amplius
declarabitur. Si quis ergo in his deficeret, nō posset
iustam ignorantia causam allegare, cum ex institu-
to & praecepto legis Christiane h̄c scire obliga-
tur, & ea nescire nullatenus presumatur.

Sit secunda regula: Qui errat in his, quæ sunt fi-
dei ignorantia affectata, & presentim in his, que
scire debet aut scire presumitur, hereticus est cen-
sendus: nam qui ignorantia affectata errat, ex ma-
litia propria & animi iniquitate errare putatur;
immo hic grauius errat, & magis peccat. cap. excel-
lentissimus. 11. q. 3. ibi. Aliud esse ex necessitate,
aliud ex ignorantia, atque aliud quod de studio
delinquit, istudque posterius duobus prioribus
strictius esse puniendum. h̄c ibi. Si quis er-
go vir doctus velut Theologus in his deficeret: que
scire tenetur, aut scire probabiliter presumitur, h̄c
non iuvaret ignorantia excusatio; item quo ad pe-
nas p̄sonitiales & bonorum confiscationem fu-
giendas (ut suo loco dicemus) tancti paratus cor-
rigi, est recipiendus.

3. Regula.

Sit tertia regula: Qui errat ignorantia crassa & suspina in his quae fidei sunt, ac scire debet, nec probabile est ea a fidelibus vel a sua conditionis hominibus ignorari, hereticus etiam censentius est. Huius regule accommodat ista sunt exempla, quae commemorat Melchior Canus lib. 12. de locis Theologicis. c. 10. vers. alteram Diuus Thomas. Si quis enim homo, etiam de media plebe neget Christum Crucifixum, aut vere mortuum, aut vere a mortuis resurrexisse; aut dicat, superfluum esse & vanum orare pro mortuis, nullo prelio iustos a Deo affici, nullo supplicio improbos, & his similia. Item si vir in scolaistica Theologia diu versatus, contendat Spiritum sanctum a Filio non procedere, aut Patrem, & Filium eiusdem Spiritus duo esse principia, aut non esse tres penitentia partes, aut Christianis nullo modo esse licitum cum hostibus bellum gerere, aut Episcopum non esse maiorem simplici sacerdotem, aut aliud simile, quod vix est credibile nescire Theologos ad Ecclesie communem fidem pertinere: si quis inquam ita per ignorantiam errare se dicat, hereticus presumendus est, ac velut talis iudicandus in foro exteriori, nisi forte tam esset stupidus, imperitus, & rusticus, ut iudicibus fidei perspicuum fiat eum omni prorsus malitia caruisse: talis erat ille, qui dicebat Patrem, & Filium & Spiritum sanctum simul incarnationis fuisse, quia legerat illud: Qui natus est de virginie, cum Patre, & sancto Spiritu. Hie n. in grammatica potius quam in fide deprehensus fuit errare.

4. Regula.

Sit quarta regula: Qui errat in his quae fidei sunt ignorantia probabili, praesertim in his, quae explicite credere non tenentur, qualia sunt que indirecte ad fidem spectant, de quibus Eymericus hac questione nu. 3. item quales sunt multe fidei subtilitates ab heresi & hereticorum paenitentia excusat, donec admonitus sit legitimate. Nam si post legitimam admonitionem perseveraret, non excusaretur. Hanc assertioneum seu regulam tenent omnes illi, quos initio huius commentarij citauit. & preterea Zanchinus tract. de heretic. c. 2. m. 2. & 3. rbi Campadius, & Albertinus tract. de agnosc. assertio. q. 36. nu. 6. horum frequens exemplum est illud Innocentij in c. firmiter de sum. Trin. & fidei catholic. Ut si quis rusticus motus quadam ratione naturali dixisset, quod in diuinis Pater est maior Filio, quoniam in humanis maior est, creditq; Ecclesiam ut tenere; reuera hic hereticus non est, nisi admonitus in errore persistat. Idem iudicatio de eo, qui assertus Patrem & Filium duos esse Deos, quem ita defendebat Palacius Rubius in allegatione de heresi. Ratio vero potissimum huius regule est, quoniam rusticus aut idota, qui ita falso opinatur, opinionem suam credit esse opinionem, aut verius Ecclesie veritatem, nec ea opinatio est fides sua, cum ipse fidem Ecclesie teneat, atque hoc est diligenter animaduertendum in hac causa ad excusandos rusticos & idiotas, qui sepe in hos errores facile labuntur. Adieci etiam in regulis, Fidei subtilitates: quoniam in his rudes homines & plebei facile labuntur, tamen absque heresis periculo in quibus inquit beatus Thomas non esse simplices homines examinandos, nisi cum timetur, ne in eis sint ab hereticis depravati. 2. 2. q. 2. art. 6. in responsione ad 2. argumentum,

A Sit quinta regula: Qui errat ignorantia iniuncta & suspina in his quae fidei sunt, ac scire debet, nec probabile est ea a fidelibus vel a sua conditionis hominibus ignorari, hereticus etiam censentius est. Huius regule accommodat ista sunt exempla, quae commemorat Melchior Canus lib. 12. de locis Theologicis. c. 10. vers. alteram Diuus Thomas. Si quis enim homo, etiam de media plebe neget Christum Crucifixum, aut vere mortuum, aut vere a mortuis resurrexisse; aut dicat, superfluum esse & vanum orare pro mortuis, nullo prelio iustos a Deo affici, nullo supplicio improbos, & his similia. Item si vir in scolaistica Theologia diu versatus, contendat Spiritum sanctum a Filio non procedere, aut Patrem, & Filium eiusdem Spiritus duo esse principia, aut non esse tres penitentia partes, aut Christianis nullo modo esse licitum cum hostibus bellum gerere, aut Episcopum non esse maiorem simplici sacerdotem, aut aliud simile, quod vix est credibile nescire Theologos ad Ecclesie communem fidem pertinere: si quis inquam ita per ignorantiam errare se dicat, hereticus presumendus est, ac velut talis iudicandus in foro exteriori, nisi forte tam esset stupidus, imperitus, & rusticus, ut iudicibus fidei perspicuum fiat eum omni prorsus malitia caruisse: talis erat ille, qui dicebat Patrem, & Filium & Spiritum sanctum simul incarnationis fuisse, quia legerat illud: Qui natus est de virginie, cum Patre, & sancto Spiritu. Hie n. in grammatica potius quam in fide deprehensus fuit errare.

B Sit sexta regula: Qui errat in his, quae sunt fidei, que tamen ipse credere explicite non tenetur, deceptus ab aliquo viro docto quem pium & catholicum esse credit, & talis ab aliis communiter habetur, ab heresi, & hereticorum paenitentia, ac etiam a peccato videtur excusandus: quia putat eam doctrinam sanam esse, ita intelligendam est id, quod dicit Magister sententiarum lib. 4. dist. 30. c. 1. vers. si quis hereticus in hec verba: Si quis hereticus nomine Augustini vel Ambrosii alicui Catholicum se offerret, cumque ad suam fidei imitationem vocaret: si ille assentiret, in cuius sententiam fidei dicceretur consensisse: non in hereticorum secta, sed in integritate fidei, quam ille hereticus semperbatur habere. haec tenus Magister, quem sequitur ibidem S. Bonaventura, verb. si quis hereticus dubio. 2.

C Sit septima regula: Idem prorsus sentiendum est, cum filii errant in fide a parentibus seducti, & in errore nutriti: item discipuli a preceptoribus & magistris: subditi ab Episcopis & parochis, aut aliis similibus, praesertim si nondum iudicij copotes erant, aut si erant, in his tamen decepti erant, que explicite scire non tenentur: nam & hi etiam ab heresi & hereticorum paenitentia excusabuntur. Joannes Lupus Decanus Segonensis tract. de heret. quem referat & sequitur Matalius in l. 1. ti. 26. partite, 7. 9. 14. & hec plane regula videtur apertissime in c. dixit A postolus 24. q. 2. in hec verba: Sed qui sententiam suam quamvis fallam atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt, praesertim quam non audacia sua praelumptionis perpetrunt, sed a seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quarunt autem causa sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenient, nequaquam sunt inter hereticos deputandi. haec tenus ibi. tales ergo mitissime sunt tractandi, & levissime etiam paenitentiae eis iniungende.

D Quod si quis pro heresi, aut heresis suspicione inquisitus seu captus, talcum excusationem proponat dicens, se ita tenere, quia a magistro ita didicunt, cuius opiniones sequi non erat vetitum: tunc discutienda est illa questione, An videlicet sine reputandi heretici, qui erroneam alicuius magistri doctrinam seu opinionem sequuntur: de qua Beatus Thomas quodlibeto. 3. q. 4. artic. 10. Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica quest. 28. art. 2. Albertinus tract. de agnosc. assertib. quest. 21. nu. 34. 35. & seq. Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 17. Silvestris in summa, verbo,

Inquisitorum cum Commentarijs.

65

verbo, opinio q. r. & alij ab his citati. in quo articulo multa sunt capita distinguenda, sicut luculentem & copioso praeceitate loco distinguunt. Turrecremata quia breviter referri non possunt, & maiori ex parte in supradictis regulis videntur contineri, consueto omissimus, alibi fortassis opportunis locis commodius relaturi.

Tradidi hactenus generales regulas, quibus intelligatur, quando ignorantia excusat, quando contra non pro sit in causis fidei: eas vero singulis casibus applicare prudentis iudicis est: nam singulatim omnia prescribi non posunt. Neque in his locutus sum in foro interiori: an videlicet qui prædictis modis in fide errant, peccent mortaliter, vel venialiter vel aliquas censuras incurraut: isthac enim contemplatio Theologorum est, & aliorum nunc cetera persequamur.

b Et propter hoc multa nunc reputantur hæretica, quæ prius non reputabantur.] Nota hic Eymericum cū beato Thoma non dicere multa sunt nunc hæretica, quæ prius nou erant: quod tamen verissime dicere potuisset: nam haec propositiones, Christus non resurrexit, non ascendit in celum, non est natus de uirgine, & alij id genus multe, his temporibus sunt hæretica, tamquam ē diametro repugnantes ipsis articulis fidei Christianæ, quæ tamen ante incarnationem Filij Dei erant verissimæ. Dixit autem beatus Thomas, & Eymericus multa hodie hæretica reputari, quæ prius non reputabantur, non & Ecclesia faciat propositionem aliquam de vera fassam, & de catholica hæreticam, & ē conuerso sed quia cum nondum de aliquibus dogmatibus constaret ac definitum esset, quid esset secundum catholicam fidem tenendum, Ecclesia declarat, hæc tamquam catholicæ dogmata ab omnibus orthodoxis recipienda, illa vero ut hæretica responda. ita eruditæ docent Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 3. ad 6. argumentum, Alfonsus Castrius lib. 1. cap. 8. aduertus hæreses, & Albertinus de agnoscendendo assertio. q. 1. nu. 11. & seq.

Controversiam vero illam: *An propositiones heterodoxae à quocumque prolatæ dicenda sunt hereticae, an tunc solum cum à viro Christianam religionem professo proferuntur, ut minus utilem misericordiam faciatis; etiam tractamus Adrianus 4. sent. quæst. 1. de confessione, Alfonsi Castris lib. 1. c. 1. de iusta heret. punitione. & Turcocrimata lib. 4. de Ecclesia, par. 2. c. 3. vbi non pendere ab assertore autem. Contra scribit Melchior Canis lib. 12. c. 8. de locis Theolo. Sed horum sententiae ita nobis uidentur cœiliadæ: Bifariam enim hoc nomen heresis accipi potest. Primo simpliciter pro ipsa propositione ueritati causa contraria; & hoc modo intelligi potest opinio assertorum, ad constitutendum hereticum non esse necessarium assertorem esse Christianum. Altero modo semper potest nomen heresis pro impiis heresis crimine quod perpetrantes sunt & nominantur heretici. & hoc modo procedere potest contraria doctrinæ opinio assertorum, ad constitutendum hereticum & hominem hereticum, nec essere necessarium esse assertorem fore Christianum, de quo late Conarruimus lib. 3. uariar. resolut. c. 1. nu. 2. adde Caietanum 2. 2. q. 11. art. 1.*

A

Q V A E S T I O VIII.

Fidei non posse subesse falsum, sit ne omnibus
necessario credendum.

S V M M A R I V M.

- ¹ Ratio formalis obiecti fidei est prima veritas.
² Fides nullam continet falsitatem.
³ Et hoc omnes explicite credere oportet.

C T A V A : quæstio est, vtrum cre-
dere explicite; quod fidei nō potest
falsum subesse, quilibet tenetur?
Ad hanc respondemus iuxta men-
tem sancti Doctoris Thome. 2. 2.
q. 1. art. 3. q. nihil subest alicui potestia vel habi-
tui aut etiam actui, nisi mediate ratione formalis
obiecit: sicut color videri non potest nisi per lu-
men + conclusio sciri non potest nisi per me-
dium demonstratio nis.

1. Dicitur est autem, quod ratio formalis obiecti fidei est veritas prima: unde nihil potest caderre sub fide, nisi in quantum stat sub veritate prima, sub qua nullum falsum stare potest, sicut nec

2. Vnde relinquitur, quod fidei non potest sub-
sistere. 1616

Quod autem prima veritas non habeat ad-mixtam aliquam falsitatē: hoc explicite est cre-dendum, cum sit pura & summa veritas, quā est Deus. Nullus ^b enim intellectus concipit, quod Deus dicat mendacium, neque falsum: Non
est enim Deus ut homo, ac Filius hominis ut
mentiatur.

3 Ergo consequenter credendum est explicite, quod fidei non potest falsum subesse.

COMMENT. XXIII.

Da **V**na est assertio, Fidei nullū potest falsū
subesse, quoniam prima nititur. Hec asser-
tio aperte intelligitur ex his, quae scribit Beatus
Thomas, & ibi Caetanus 2.2.q.1.art.1. ex quib-
hane colligo explanationem, Fides nostra pro obie-
cto formaliter Deum habet, quatenus Deus prima ue
ritas est; per primam autem ueritatem cum Diony ne prime ve
sto in lib. de diuinis nominibus c.7. intelligo simpliciter ueritatis intelli-
cē & semper existente ueritatē infallibile, & nūs situr.
quam mirabilē, ant uel in minimis incertā. Si quis

enim querat a nobis, quare credimus Deo; apte re-
spondemus, quia est ipsa certissima & constantis
sima ueritas: & articulos fidei, & cetera que ad
Deum spectant, deo credimus, quia a prima & infalli-
bili ueritate, nepe Deo revelata sunt, & propterea
ipsa prima ueritas, hoc est Deus, dicitur fundamen-
tum fidei.

Hanc tamen Catholicam ueritatem nonnulli multis rationibus euertere nituntur, asserentes ali fallit, nec fal quando Deum, licet non per se, humano tamen An litur vñquā. gelicouē ministerio homines sefelliſſe, quas lōga ſerie numerat Melchior Canus lib. 2. cap. 2. de locis theologis, & in ſequentibus eisdem abūde ſatisfaci: eas nos libenter omittimus, quia nō ſunt iuſtituti noſtri. Hec ſumma eſto. Deum neque de portarīa

E *absolu*